KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

Zdigitalizowano w ramach projektu
„OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”

Ochrona i Konserwacja Cieszyńskiego Dziedzictwa Piśmienniczego

2007-2010

Wsparcie udzielone przez Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię poprzez dofinansowanie ze środków Mechanizmu Finansowego Europejskiego Obszaru Gospodarczego

eea grants
iceland liechtenstein norway

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury i Dziedzictwa Narodowego

In Lusitis Batavus, in factis neuter et Anglus
Quod metuenda minus fecere pericula cautos,
Sicine negligitis famam fœdus? Libertas
Clamitat: heus vestram servate, et reddite pacta
Facta cavete; pave dum hæc fasse resolvere jura.

Londini sub signo reducis
Astreæ apud Brokium
extorrem

Omnibus, quibus datum est frui dono, quod signatum est super nos lumen vultus tui Domine hoc est ratione, fas est clamare; vix retro scripta demonstratione perspecta, O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, quia luce meridiana claret, quod Deus et non alia vel sanguinis vel lenitatis aut alterius humanitatis conditio movit animum Augustissimi Caroli, Cæsaris, ut in corde suo firmaret suas filias retro scriptis regalibus Principibus Lotharingijs matrimonio, ut jungeret. Imo elucescit, quod solus comunis hostis, ejus tantum ministris submotis, potuerit tam sanctam, et salutarem deliberationem hucusque retardare. Quid mirum ergo, si perspiciatur Pijssimus Cæsar ab ejus hostibus tam acriter lacessiri, Romanorum Imperium undequaque subverti? dum demonstrata divina judicia detrectat generose executioni comittere, quæ Deo dictante [illegible] statuere firmaverat. Nullum hucusque interregnum legitur tam diuturnum, quam Hispanicum præsens. Nulla via quieti, firme septem lustrorum spatio datum est inveniri. Imo quævis jura sive pertinentiarum cessio, jurgia majora produxit, et quantum ambitioni, pacisque perturbatoribus datum est: tantum cessit in majus Europæ totius, imo Religionis præjudicium et quare Deus noluit hactenus pacem in terris mittere? nisi quia adhuc, qui mundum pacificare quirent, ipse non dederat ad maturitatem, sed cum nunc præfinitum tempus divina sapientia compleverit, ut pacis fragifagis sterneret, antiquissimus humani generis hostis, ne tam salutare bonum mundo fideli daretur, egit, ut diabolici ministri futilibus rationibus, et allucinationibus mentem Cæsaris subducerent, a decretis matrimonijs retraherent, omnemque lapidem moverent, ut hostibus libertatis, et quietis publice deservirent; et Austriacam Domum, a Sacro Sanctum Romano Allemanorum Imperium destruerent. Sed quia satis constat, quod hoc plantam pedis habet ferream fortiterque infixam humo, et tunc destruetur, quando Christus cæteris mundi regni finem imponet, adeoque cum in præsentiarum nullum remedium constet pro salute ejus, et libertate totius Germaniæ, imo Europæ nisi matrimonia prædicta, quibus austriacum jus hæreditarium, et fidei fulcrum firmetur, ut sic Hispani viso eorum juridico hærede usurpatores rejiciant, ut perturbatores Imperij conquiescant: dicendum est quod nullus æquitatis justitiæ, et pacis amator erit, qui renuat, imo non compellat Cæsarem ad matrimonia præfata citissime pagenda. Dicent antiquissimi hostis sectatores: Heus quæ bella fient si hæc compleantur? verum est quod dicent, imo pejora. Sed quid ad hæc? Nonne certum est, quod Deus factis juridice sanctèque peractis firmavit, nec homo aut Satan disrumpent, et quis ut Deus? Rex Gallicus? nec ipse illaris ergo: O Europa voces extolle Cæsar pacis, et Religionis amator matrimonia citissime executioni comittat, cum retro scriptis legitime a Deo preordinatis jus habentibus, et tunc universis lætabundus ac quisquam imposterum clamabit, dicetque nil novimus hactenus, nec quisque posthac inveniet ex his, nisi festum lætum, cæleste supernum.

Genealogia S.mi Principis Francisci Stephani Ducis Regni Lotharingiæ, ejusq;
Fratris Caroli Henrici ascendens ad Ferdinandum Cathol. Regem Aragoniæ et Elisa-
bethæ Reginæ Castellæ, à quibus Jus vocationis ad Regna Hispaniæ competere dictis
fratribus demonstrat.



Fedifrago Hispano, ut Galliciq; renunciat Aulæ;
Austria ab Hesperia rapuit Violabile fidus.
Abruit hanc Gallus, renovat discordia vires
Intret Latium, trepidant, Siculus, Polonia Rhenum
Nox Europa gemens, Caveas ne armata Tyrannum.

Juravorant pulsis Gallis sine limite prolem
At repetunt, quæ mera quies retroxcessit
Instituta Austriacis totidem Lotharingia Fratres
Teresiæ Stephanus Carolus copul[illegible]
Regned [illegible]

KSIĄŻNICA CIESZYŃSKA

ksiaznica@kc-cieszyn.pl